

VII

113

Franciscus Philelfus Francisco barbaro sal.

P Erfæpe litteras ad te dedi: quib⁹ qđ erat uel officij:
uel humanitatis tuæ non petierā modo: sed sūmis
te precibus obsecrarā. Quod autē nihil respōde-
ris: ascribo occupationibus tuis: quibus ut existimo: impe-
ditus: cum priuatis: tum publicis in rebus: nec nobis po-
tueris: nec αὐτῆ Τῆ ἄθ τῆρά satisfacere. Accedit ad rem ο
Τοῦ συγγάμβροῦ σού φόμος: quo te nō mediocriter
angī puto. Sed tu uelim omnia pro tua sapientia modere-
ris: operāq; des: quoad eius præstari a te pōt: ut oēs intelli-
gant: nulli esse Venetijs seditioni & ciuili discordiæ locū.
Nec em̄ te latet Agathonis dictū solo uno priuari deū: ife-
cta facere: quæ facta sint. Malū præterea malo accumulāre
non est prudentiæ. Itaq; & magnū te uirū & prudentem:
& moderatum ut præsentibus posterisq; ostendas: operæ
preciū arbitror. Vale ex Mediolano. vii. Idus Nouēbres.
M. cccc. L.

Franciscus Philelfus Bernardo Iustiniano sal.

Q Voniam tot⁹ pythagoreus fact⁹ es: nihil peto: ut re-
spōdeas quanq̄ loquēdi pythagoras: nō scribēdi si-
lentiū iussit. Tuos filios ut & tui & aui similis effici
patiaris: rogo: petoq; ut meos mihi libellos reddi cures.
Vale ex Mediolano. vii. Idus Nouēbres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.

E Binis litteris tuis quas pxime ad me dederas: po-
steriores accepi: priores autē missas audiui: sed nus-
quidī. De re tua nihil habeo: qđ ad te scribā. Nam
ea ignaris etiā nobis tētata fuerat apud principem per tu-
um ariminensem scribam: cui quod cuperes: litteris decla-
raras. Respondit princeps: ut est mihi renunciatum: satis
sibi unum Philelfum esse: nec pati aut rem aut tempus im-
pensam aliam: præsertim non necessariam. Idem etiam se-
natus respondit. Quare cum inutilem futuram cēsuerim
meam omnem suasionem: silentium agere institui. Neq;
omisi tamen: quin cū Nicolao Arcimboldo senatore gra-
uissimo & sapientissimo iuriconsulto rem ipsam cōmenta-
rer: qui idem quoq; ipse respondit: qđ cæteros audieram

P